



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De ecclesijs haec.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

An maiores natu reuereantur.
An honore se inuicem praeueniant.
Reliqua in tit. Communia Cleri.

De ecclesijs hzc.

Qui ecclesiarum cultus.
Qui earum status.
Quam accurata bonorum iuriumq; Ec-
clesiasticorum conseruatio.
Quae sacristiarum suppellex.

A Sacerdotibus prioribus plebanis die-
cesanarum scholarum doctrine Chri-
stianae in vnaquaque plebe.

De statu & progressionē scholarum sin-
gularum doctrine Christianae.
An ipse cōgregationes generales in ple-
be habeat.
An in vnaquaque parochia prior & re-
liqui officiales sint, tam marium, quam
foeminarum.
An scholę exercentur ad praescriptum
regularum.
An aliquo temporis spatio intermittan-
tur, & quo tempore, & qua causa.
An operarij sanctissima sacramenta fre-
quentent.

VNIVERSE accuratē inuesti-
gent, quam diligens executio decreto-
rum prouincialium, & synodorum die-
cesanarum, & edictorum Archiepisco-
palium, & visitationum.
Ac praeterea generatim cuncta scrutentur,
quae pro prudentia sua viderint ex-
pedire Sacerdotalis, & clericalis, cano-
nicalisq; potissimū vitę pgressionibus.

TABELLA

Decretorum, Edictorum, & literarum
Archiepiscopaliū, tum etiam bullarū
Pontificiarum, quae certis anni tempori-
bus ac diebus ex praescripto Concilio-
rum Prouincialium & synodorum Die-
cesanarum promulgandae sunt.

CAl. Ianuarij, promulgatio decreti
Tridentini cōtra eos qui matrimo-
niā clandestina attentarint. Hoc decre-
tum in vulgarem Italicam linguam con-
uersum habetur supra in actis, part. 3.
pag. 157.

Item promulgatio decreti prouincialis
de notarijs & publicis vsurarijs in Ec-
clesia non sepeliendis, Exemplum vul-
gare habetur, ibidem, pag. 157.

Die 6. Ianuarij, fit publicatio Pascha-
tis & synodi Diocesanae.

Dominica in Septuagesima, promul-
gatio literarum pastoralium de Septua-
gesima, tum etiam aliarum spiritualium
exercitationum, quae ab eo die vsque ad
primam Dominicam Quadragesimae
praestandae sunt: earum exemplar habe-
tur infra par. 7. Actorum.

Dominica in Sexagesima publicatio
literarum Gregorij XIII. de oratione
vespertina, & indulgentia orantibus cō-
cessa, habetur infra eadem parte 7. Ac-
torum initio.

Dominica in Quinquagesima, publi-
catio edicti de Quadragesima: habetur
supra in Actis, par. 3. pag. 138.

Dominica prima in capite Quadre-
simae, promulgatio edicti contra haere-
ticos, habetur eadem par. pag. 123.

Item promulgatio partis literarum in
Cena Domini contra eosdem, prout sin-
gulis annis editur.

Item promulgatio decreti de non con-
fitendis peccatis extra diocesim, habe-
tur supra par. 3. pag. 161.

Item denunciatio quatuor temporum,
ac orationis faciendae pro ordinandis
ad praescriptum Concilij 2. prouinc.

Eius denunciationis formula, habetur
supra in Concil. prouin. pag. 119.

Item publicatio decreti de notarijs lega-
ta pia non denunciandis: exemplum
vulgare habetur pag. 160.

Dominica 2. Quadragesimae, publica-
tio decreti Tridentini contra occupan-
tes bona Ecclesiastica, cum ea parte bul-
lae in Cena Domini eadem de re: eorum
exemplaria vulgari sermone concepta,
supra posita sunt par. 3. pag. 157.

Dominica 4. Quadrag. Promulgatio
decreti de Paschali communionē sumē-
da in ea Parochiali Ecclesia, in qua
maiorē anni partem quis manserit, e-
xemplum vulgare habetur supra par. 3.
pag. 161.

Dominica 4. Quadragesimae Promul-
gatio decreti de cautione infantibus
vno anno minoribus adhibenda, habe-
tur